

SEPTEMBER 14, EXALTATION OF THE HOLY CROSS

Errors? help@extraordinaryform.org

In ancient times, under the name of "the Exaltation," the finding of the Holy Cross was celebrated on September 14th in the West, as is still done in the East. But when in the Eighth Century the feast of May 3 was instituted, that of September 14th was retained as one of thanksgiving for the recovery, a hundred years earlier, by the Great Emperor Heraclius, of the inestimable relic, from the infidel Chosroes, King of Persia, who had possessed himself of the holy relic when pillaging the city and churches of Jerusalem. In the East the finding of the Holy Cross by Helena, the mother of Constantine, was celebrated with great splendor. Particles of the true Cross, were, in time, brought from Jerusalem to many other churches in the East and in the West. These churches sought to imitate the solemn ceremonies in use at Jerusalem in order to do homage to the Holy Cross, the triumphant standard of our salvation.

[New User Guide](#)

AT THE FOOT OF THE ALTAR (Kneel)

P: †In nómine Patris, et Fíllii, et Spíritus Sancti. Amen.

P: Introíbo ad altáre Dei.

S: Ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

(Psalm 42)

P: Júdica me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo et dolóso érue me.

S: Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: quare me repulísti, et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

P: Emítte lucem tuam, et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

S: Et introíbo ad altáre Dei: ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

P: Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus: quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me?

S: Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: salutáre vultus mei, et Deus meus.

P: Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.

S: Sicut erat in princípío, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

P: Introíbo ad altáre Dei.

S: Ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

P: †Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

S: Qui fecit cælum et terram.

P: Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

S: Misereátur tui omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

P: Amen.

S: Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et tibi pater: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere: **(strike breast 3 times)** mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te Pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

P: Misereátur vestri omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

S: Amen.

P: †Indulgéntiam, absolutiónem, et remissionem peccatórum nostrórum, tribuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.

S: Amen.

P: Deus, tu convérsus vivificábis nos.

S: Et plebs tua lætábitur in te.

P: Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

S: Et salutáre tuum da nobis.

P: Dómine, exáudi oratióne meam.

S: Et clamor meus ad te véniat.

P: Dóminus vobíscum.

S: Et cum spírítu tuo.

P: Orémus.

P: Aufer a nobis, quæsumus, Dómine, iniquitátes nostras: ut ad Sancta sanctorum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Orámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum, quorum reliquiæ hic sunt et ónium Sanctorum: ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

*(Only at High Mass
when incense is used)*

P: *Ab illo benedicáris, in cujus honóre cremáberis.*

AT THE FOOT OF THE ALTAR (Kneel)

P: †In the Name of the Father, and of the Son, and of the Holy Spirit. Amen.

P: I will go unto the altar of God.

S: To God, Who gives joy to my youth.

(Psalm 42)

P: Judge me, O God, and distinguish my cause from the unholy nation, deliver me from the unjust and deceitful man.

S: For Thou, O God, art my strength, why hast Thou cast me off? And why do I go about in sadness, while the enemy afflicts me?

P: Send forth Thy light and Thy truth: they have conducted me and brought me unto Thy holy mount, and into Thy tabernacles.

S: And I will go unto the altar of God: to God, Who gives joy to my youth.

P: I shall praise Thee upon the harp, O God, my God. Why are you sad, O my soul, and why do you disquiet me?

S: Hope in God, for I will still praise Him, the salvation of my countenance, and my God.

P: Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit.

S: As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

P: I will go unto the altar of God.

S: To God, Who gives joy to my youth.

P: †Our help is in the name of the Lord.

S: Who made heaven and earth.

P: I confess to almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the Archangel, to blessed John the Baptist, to the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you, brethren, that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed: through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I pray blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, brethren, to pray for me to the Lord our God.

S: May almighty God have mercy on you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.

P: Amen.

S: I confess to almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the Archangel, to blessed John the Baptist, to the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you father: that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed: **(strike breast 3 times)** through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I pray blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, Father, to pray for me to the Lord our God.

P: May almighty God have mercy on you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.

S: Amen.

P: †May the almighty and merciful Lord grant us pardon, absolution, and remission of our sins.

S: Amen.

P: Thou wilt turn again, O God, and quicken us.

S: And Thy people will rejoice in Thee.

P: Show us, O Lord, Thy mercy.

S: And grant us Thy salvation.

P: O Lord, hear my prayer.

S: And let my cry come unto Thee.

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: Let us pray.

P: Take away from us our iniquities, we beseech Thee, O Lord; that with pure minds we may be made worthy to enter into the Holy of Holies. Through Christ our Lord. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: We pray Thee, O Lord, by the merits of Thy Saints whose relics are here, and of all the Saints: that Thou would deign to pardon me all my sins. Amen.

*(Only at High Mass
when incense is used)*

P: *Be blessed by Him in Whose honor you will be burnt.*

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

INTROIT Galatians 6: 14

Nos autem gloriári ópórtet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: in quo est salus, víta, et resurréctio nostra: per quem salváti, et liberáti sumus. (Ps. 66: 2) Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Nos autem gloriári ópórtet in Cruce Dómni nostri Jesu Christi: in quo est salus, víta, et resurréctio nostra: per quem salváti, et liberáti sumus.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

But it behooves us to glory in the cross of Our Lord Jesus Christ: in Whom is our salvation, life, and resurrection; by Whom we are saved and delivered. (Ps. 66: 2) May God have mercy on us, and bless us; may He cause the light of His countenance to shine upon us, and may He have mercy on us. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. But it behooves us to glory in the cross of Our Lord Jesus Christ: in Whom is our salvation, life, and resurrection; by Whom we are saved and delivered.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Kýrie, eléíson.

S: Kýrie, eléíson.

P: Kýrie, eléíson.

S: Chríste, eléíson.

P: Chríste, eléíson.

S: Chríste, eléíson.

P: Kýrie, eléíson.

S: Kýrie, eléíson.

P: Kýrie, eléíson.

(Stand at High Mass)

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Lord, have mercy.

S: Lord, have mercy.

P: Lord, have mercy.

S: Christ, have mercy.

P: Christ, have mercy.

S: Christ, have mercy.

P: Lord, have mercy.

S: Lord, have mercy.

P: Lord, have mercy.

(Stand at High Mass)

P: Glória in excélsis Deo. Et in terra pax hominibus bonæ voluntátis. Laudámus te. Benedicímus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite, Jesu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miserére nobis. Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, Jesu Christe. †Cum Sancto Spírítu, in glória Dei Patris. Amen.

P: Glory to God in the highest, and on earth peace to men of good will. We praise Thee; we bless Thee; we adore Thee; we glorify Thee. We give Thee thanks for Thy great glory, O Lord God, heavenly King, God the Father almighty. O Lord Jesus Christ, the only-begotten Son. Lord God, Lamb of God, Son of the Father. Thou Who takest away the sins of the world; have mercy on us. Thou Who takest away the sins of the world; receive our prayer. Thou who sittest at the right hand of the Father; have mercy on us. For Thou alone art holy; Thou alone art the Lord; Thou alone art most high, Jesus Christ, †with the Holy Spirit, in the glory of God the Father. Amen.

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

P: The Lord be with you.

S: And with your Spirit.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Orémus.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Let us pray.

COLLECT

Deus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnua sollemnitáte lætíficas: præsta, quæsumus; ut, cujus mystérium in terra cognóvimus, ejus redemptionis præmia in cælo mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

S: **Amen.**

(Sit)

COLLECT

O God, Who dost gladden us this day by the annual solemnity of the Exaltation of the Holy Cross: grant, we beseech Thee, that, as we have known its mystery on earth, we may deserve in heaven the reward which it had purchased. Through the same Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

S: Amen.

(Sit)

EPISTLE Philippians 2: 5-11

Fratres: Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu. qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitrátus est esse se æquálem Deo: sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hómini factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum: et donávit illi nomen, quod est super omne nomen:

(Hic genuflectitur)

ut in nómine Jesu omne genuflectátur cæléstium, terréstrium, et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

S: Deo grátias.

EPISTLE Philippians 2: 5-11

Brethren let this mind be in you which was also in Jesus Christ: Who being in the form of God, thought it not robbery to be equal with God; but emptied Himself, taking the form of a servant, being made in the likeness of a man, and in habit found as a man. He humbled Himself, becoming obedient even unto death, even to the death of the cross. For which cause God also hath exalted Him, and hath given Him a name which is above all names:

(Here all kneel)

that in the name of Jesus every knee should bend, of those that are in heaven, on earth, and under the earth; and that every tongue should confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father.

S: Thanks be to God.

GRADUAL Philippians 2: 8, 9

Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Allelúja, allelúja. Dulce lignum, dulces clavos, dúlcia ferens póndera: quæ sola fuísti digna sustinére Regem cælórum et Dóminum. Allelúja.

GRADUAL Philippians 2: 8, 9

Christ became obedient for us unto death: even the death of the cross. For which cause also God hath exalted Him and hath given Him a name which is above all names. Alleluia, alleluia. Sweet the wood, sweet the nails, sweet the load that hangs thereon: to bear up the King and Lord of Heaven nought was worthy save thou. Alleluia.

AT THE CENTER OF THE ALTAR (Only at High Mass when incense is used)

P: *Ab illo benedicáris, in cujus honóre cremáberis.*

AT THE CENTER OF THE ALTAR (Only at High Mass when incense is used)

P: *Be blessed by Him in Whose honor you will be burnt.*

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR (Stand)

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

P: Seqúentia sancti Evangéllii secúndum Joánnem.

S: **Glória tibi, Dómine.**

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR (Stand)

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: The continuation of the holy Gospel according to John.

S: Glory to Thee, O Lord.

GOSPEL John 12: 31-36

In illo tempore: Dixit Jesus turbis Iudæórum: Nunc iudicium est mundi: nunc princeps hujus mundi ejiçietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, ómnia traham ad meípsum. (Hoc autem dicébat, significans quia morte esset moritúrus). Respóndit ei turba: Nos audívimus ex lege, quia Christus manet in ætérnum: et quómmodo tu dicis: Opórtet exaltári Fílium hóminis? Quis est iste Fílius hóminis? Dixit ergo eis Jesus: Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte dum lucem habétis, ut non vos ténebræ comprehéndant: et qui ambulat in ténebris, nescite quo vadat. Dum lucem habétis, créдите in lucem, ut filii lucis sitis.

At that time: Jesus said to the multitude of the Jews, Now is the judgment of the world: now shall the prince of this world be cast out. And I, if I be lifted up from the earth, will draw all things to Myself. (Now this He said, signifying what death He should die.) The multitude answered Him, We have heard out of the law, that Christ abideth forever: and how sayest Thou, the Son of man must be lifted up? Who is the Son of man? Jesus therefore said to them, Yet a little while, the light is among you. Walk whilst you have the light, that the darkness overtake you not. And he that walketh in darkness knoweth not whither he goeth. Whilst you have the light, believe in the light; that you may be the children of light.

S: Laus tibi, Christe.

P: Per evangélica dicta deleántur nostra delicta.

S: Praise to Thee, O Christ.

P: May our offenses be erased by the words of the Gospel.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Credo in unum Deum. Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Jesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines, et propter nostram salutem descendit de cælis. **(Genuflect)** ET INCARNATUS EST DE SPÍRITU SANCTO EX MARÍA VÍRGINE: ET HOMO FACTUS EST. Crucifíxus etiám pro nobis: sub Póntio Piláto passus, et sepúltus est. Et resurrexit tértia die, et secúndum Scripturas. Et ascendit in cælum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum ventúrus est cum glória iudicáre vivos, et mortúos: cujus regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre, Filióque procedit. Qui cum Patre, et Filio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per Prophétas. Et unam, sanctam, catholicam et apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum. Et expécto resurrectionem mortuórum.†Et vitam ventúri sæculi. Amen.

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spíritu tuo.**

P: Orémus.

(Sit)

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: I believe in one God, the Father almighty, maker of heaven and earth, and of all things visible and invisible. And in one Lord, Jesus Christ, the only-begotten Son of God. Born of the Father before all ages. God of God, light of light, true God of true God. Begotten, not made, consubstantial with the Father, by Whom all things were made. Who for us men, and for our salvation, came down from heaven. **(Genuflect)** AND WAS INCARNATE BY THE HOLY SPIRIT, OF THE VIRGIN MARY: AND WAS MADE MAN. He was also crucified for us, suffered under Pontius Pilate, and was buried. And on the third day He rose again, according to the Scriptures. And He ascended into heaven; He sits at the right hand of the Father. And He shall come again with glory to judge the living and the dead. Of Whose kingdom there shall be no end. And in the Holy Spirit, the Lord and giver of life, Who proceeds from the Father and the Son; Who with the Father and the Son is adored and glorified, Who spoke through the Prophets. And in one, holy, Catholic and apostolic Church. I confess one baptism for the remission of sins. And I expect the resurrection of the dead †and the life of the world to come. Amen.

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: Let us pray.

(Sit)

OFFERTORY

Prótege, Dómine, plebem tuam per signum sanctæ Crucis, ab insídiis inimicórum ómnium: ut tibi gratiam exhibeámus servitútem, et acceptábile fiat sacrificium nostrum, alleluja.

P: Súscipe, sancte Pater, omnipotens ætérne Deus, hanc immaculátam hóstiám, quam ego indignus fámulus tuus offero tibi, Deo meo vivo et vero, pro innumerábilibus peccátis, et offénsionibus, et negligéntiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus cristiánis vivis atque defúntis: ut mihi, et illis proficiat ad salutem in vitam ætérnam. Amen.

Through the sign of the holy cross, protect Thy people, O Lord, from the snares of all enemies, that we may pay Thee a pleasing service, and our sacrifice be acceptable, alleluia.

P: Receive, O Holy Father, almighty and eternal God, this spotless host, which I, Thine unworthy servant, offer unto Thee, my living and true God, for my innumerable sins, offenses, and negligences, and for all here present; and also for all faithful Christians both living and dead, that it may profit me and them for salvation unto life everlasting. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Deus, qui humanæ substántiæ dignitátem mirabiliter condidisti, et mirabílius reformásti: da nobis per hujus aquæ et vini mystérium, ejus divinitátis esse consórtis, qui humanitátis nostræ fieri dignátus est párticeps, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus: per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: O God, Who wonderfully formed the dignity of human nature, and more wonderfully restored it, grant us through the mystery of this water and wine, to be made participants of His divinity, Who condescended to become a partaker of our humanity, Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who with Thee, lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Offérimus tibi, Dómine, cálicem salutáris tuam deprecánte cleméntiam: ut in conspéctu divínæ majestátis tuæ, pro nostra, et totíus mundi salute cum odóre suavitátis ascéndat. Amen. In spíritu humilitátis, et in ánimo contrito suscipiámur a te, Dómine, et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus. Veni, sanctificátor omnipotens ætérne Deus: et benedic hoc sacrificium, tuo sancto nómini præparátum.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: We offer Thee, O Lord, the chalice of salvation, pleading Thy clemency, that it may ascend in the sight of Thy divine majesty, with a sweet fragrance, for our salvation and for that of the whole world. Amen. In a humble spirit and a contrite heart may we be received by Thee, O Lord, and let our sacrifice be so made in Thy sight this day that it may please Thee, O Lord God. Come, O sanctifier, almighty and eternal God, and bless this sacrifice prepared for Thy holy name.

(Only at High Mass when incense is used)

P: *Per intercessiónem beáti Michælis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium electórum suórum, incénsium istud dignétur Dóminus benedicere, et in odórem suavitátis accipere. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.*

P: *Incénsium istud a te benedíctum, ascéndat ad te, Dómine, et descendat super nos misericórdia tua.*

P: *Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incénsium, in conspéctu tuo: elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum. Pone, Dómine, custódiám ori meo, et óstium circumstántiæ lábiis meis: ut non declínet cor meum in verba malitiæ, ad excusándas excusatiónes in peccátis.*

P: *Accéndat in nobis Dóminus ignem sui amoris, et flamma ætérnæ caritátis. Amen.*

(Only at High Mass when incense is used)

P: *By the intercession of blessed Michael the Archangel, who stands at the right hand of the altar of incense, and of all His elect, may the Lord deign to bless this incense, and to receive it as a sweet fragrance, through Christ our Lord.*

P: *May this incense, blessed by Thee, ascend to Thee, O Lord, and may Thy mercy descend upon us.*

P: *Let my prayer be directed, O Lord, as incense in Thy sight, the lifting up of my hands as an evening sacrifice. Set a watch, O Lord, before my mouth: and a door round about my lips: that my heart may not incline to evil words: to make excuses in sins.*

P: *May the Lord enkindle in us the fire of His love and the flame of everlasting charity. Amen.*

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Lavábo inter innocétes manus meas: et circumdábo altáre tuum, Dómine: Ut áudiám vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuæ, et locum habitatiónis glóriæ tuæ. Ne perdas cum ímpis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinem vitam meam: In quorum máribus iniquitátes sunt: dextera eórum repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia meá ingrèssus sum: rédime me, et miserére mei. Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedícam te, Dómine. Glória Patri, et Filio, et Spíritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: I will wash my hands among the innocent, and I will compass Thine altar, O Lord, that I may hear the voice of praise: and tell of all Thy wondrous deeds. I have loved, O Lord, the beauty of Thy house and the place where Thy glory dwelleth. Destroy not my soul, O God, with the wicked, nor my life with men of blood. In whose hands are iniquities, their right hand is full with gifts. But I have walked in my innocence: redeem me, and have mercy on me. My foot has stood on the right path; in the churches I will bless Thee, O Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Súscipe, sancta Trínitas, hanc oblatiónem, quam tibi offérimus ob memóriam passiónis, resurrectionis, et ascensiónis Jesu Christi Dómini nostri: et in honórem beátæ Maríæ semper Vírginis, et beáti Joánnis Baptistæ, et sanctórum Apostólorum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium Sanctórum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercédere dignentur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Receive, O holy Trinity, this oblation which we offer to Thee in remembrance of the Passion, Resurrection, and Ascension of Our Lord Jesus Christ, and in honor of blessed Mary, ever Virgin, of John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, and of these and of all the Saints; that it may avail unto their honor and our salvation, and may they deign to intercede in heaven for us who honor their memory here on earth. Through the same Christ, our Lord. Amen.

P: Oráte fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

S: Suscipiat Dóminus sacrificium de máribus tuis, ad utilitatem quoque nostram, totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

P: Amen.

P: Pray brethren, that my sacrifice and yours may be acceptable to God the Father almighty.

S: May the Lord receive the sacrifice from your hands, to our benefit, and that of all His holy Church.

P: Amen.

SECRET *(silently)*

Jesu Christi Dómini nostri córpore et sáanguine saginándi, per quem Crucis est sanctificátum vexillum: quæsumus, Dómine Deus noster; ut, sicut illud adoráre meruímus, ita perénnter ejus glóriæ salutáris potiámur efféctu. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus,

Being about to be fed with the body and blood of Jesus Christ our Lord, through Whom the banner of the cross was sanctified, we beseech Thee, O Lord, our God, that as we have had the grace to adore it, so we may forever enjoy the effect of its salutary glory. Through the same Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God,

(aloud, to conclude the Secret Prayer)

P: ...forever and ever.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spíritu tuo.**

P: Sursum corda.

S: **Habémus ad Dóminum.**

P: Grátias agámus Dómino Deo nostro.

S: **Dignum et justum est.**

P: ...forever and ever.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: Lift up your hearts.

S: We have lifted them up to the Lord.

P: Let us give thanks to the Lord our God.

S: It is fitting and just.

PREFACE OF THE HOLY CROSS

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui salutem humani géneris in ligno Crucis constituisti: ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adoránt Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórumque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti jubeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

